



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

A pestile[n]tia multos. 253. 254. 245

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

225 Alium quoq; Burgenſes medici, quiq; Valliſoleto acciti venire, depoſuerant. Lopeſius Caſtrius is erat: & Leonoram Gallam, virginum antiſtitam, propinquitate ſanguinis contingebat. Enim vero poſtea quàm ille decreuit ſe in I G N A T I I fidem committere, & aliquid ſtipis erogare: in fidem acceptus, morbi inſolentiã planiſſimè ablegauit.

252 Burgis Franciſcus Ortiz Sacerdos, ab exuberante humore genuum & articulorum, grauiter ægrotabat: iamque ipſum quinquennium acerbis doloribus exercitus, poſtremo in S. I G N A T I I tutelam conceſſit: nec vllum ab eo die mali veſtigium aduertit.

253 Iam de familia S. Auguſtini Sacerdos grauis, cum per agrum fortè Burgenſem peſtilens lues inuaſiſſet, charitate inductus ſeſe agris emancipârat: vt cæleſte
via-

viaticum decessuris ministraret,
 & opem animis supremam afferret.
 Vsu venit Pridie Idus Nouembr.
 anni c17. 19. xcix. vt Mariam
 quandam paganam virginem in-
 uiseret, natam annos circiter duos
 & viginti. Huic febris ac pestis
 hostiliter insultabant. Sed eam
 hortatus sacerdos, IGNATIO se
 permetteret; imponit ei in dēico-
 na supra pectus decubentis. Quo
 quidem subsidio depulsum vul-
 gatae luis venenum est: & Virgo
 intra horae spatia saluam se vi-
 dit.

254 Atq; vt de pluribus in com-
 pēdio referam; Burgis post quam
 grassanti pestilentiae humana re-
 media defuere, complures me-
 morat Franciscus Ortiz Curio,
 hanc nimirum arte conualuisse; vt
 vnda, quae IGNATIANOS cineres
 abluisset, cum precibus hausta,
 integrè restituerentur. Eamque
 famam

fama
 bem

255

tabra

ri, v

cont

tagio

sibia

isse.

ita p

lam,

& la

nem

256

Mich

ris v

ocul

seffu

null

ctior

tū ca

cere

cessa

Nov

famam liquidò per consciam urbem increbuisse.

255 Idem & sibi Sanctius Cantabranensis; idem Abelus à Turri, vterque Curiones, euenisse contestantur, cum pestilenti contagione tenerentur; eandemque sibi a quam pro medicamento fuisse. Et horum quidem postremo ita presentem inde factam medellam, ut eodem temporis puncto & laticem hauserit, & ægritudinem propulsarit.

256 Madriti Pater quidam erat Michael Garses, summa Societatis vota professus. Hic dextrum oculum vehementi catarrho obsessum, usque eò perdolebat, ut nullà neque in sanguinis deductione, neq; alijs cæptis leuamētū caperet. Quin poti⁹ ingrauescere idem dolor visus, & necessaria corpori quietē recusare. Nouissimè ad vesperum quinti Idus